

175
nem et isthuc ejusmodi quid inauditum fuerit.
Quandocumq; autem sese res habuerit apud Ser.^{um}
Hispaniarum Regem catholicum, avunculum, sororo-
rum et fratrem nostrum charissimum hoc im-
primis efficit, ut ex sua etiam parte predi-
ctum negotium, quod multas pecunias afferre in-
commoditate possit, a quocumq; tandem Principe
urgeatur, propediem curet. Hac fide exequeris
solita, ob quam benigne Tibi cupimus. Datum
Praga 4. Aprilis 1589

171
Instructio Caesarea pro Episcopo Vratisla-
viensi ad Regem Polonia Sigismundum
Tertium, Legato designato.

Rudolphus, Instructio eorum, quae Rever.^o D^{no}
et fidelis nobis dilectus Andreas, Episcopus Vratisl.
nostro nomine, apud serenissimum Principem
Sigismundum III. Regem Polonia et Sueciae,
Magnum Ducem Lithuaniae, totiusque cognati-
sum, vicinum et Amicum nostrum charissi-
mum hac legatione, quam juxta transactio-
nis pacificatoriae formulam expediemus, agere
et tractare, debeat.

Cum inter utriusque partis Commissarios et Nostros
et Polonicos, qui Bithoniae et Bendzini fue-
runt, ita convenit, ut quo firmiter sint ea
omnia, quae ibi constituta et conclusa fuerint,
Ser.^{us} Poloniae Rex, Legatum suum ad Nos
intra diem 20. mensis Aprilis in aulam nostram
prior mitteret. Qui ut offensiones omnes, quae
superiori anno inter Nos Nostramque Augustam

domum Austriacam et inclitum Polonia Regem
utring, intercesserunt. Publica tranquillitati et
paci, tum sanctissimæ Dni Summi Pontificis au-
toritate condonarem, rogaret, quin Regem suum
quæcumq; in transactione continentur, confirmare
ac prestare paratum esse Regis nomine nun-
ciaret. Nos vero Christiana Reipubl. salutis
causa paci hujusmodi et petitioni annuerimus,
deinde vero nos ipsi quoq; intra diem 15. mensis
Majj similiter Legatum nostrum ad Ser.^m Polonia
Regem, Cognatum, vicinum et Amicum nostrum
charissimum mitteremus, per quem ejus legationem
et quæ ab oratore ejus intellexissemus, reliqua
grata nobis fuisse ostenderemus, mutuanq; be-
nevolentiam et amicitiam promitteremus.

Cum jam Polonia Legatus prior ea, quæ ex par-
te Regis fieri debebant, præstitit, nostra vi-
cissim ex parte dictum Principem nostrum Epi-
scopum p. nostro nomine Legatum ad eundem
Polonia Regem mittendum duximus, atq; id nu-
primis dementer injungimus, ut summo anni-
tatur studio, quo intra præstituti temporis
spatium 15. scilicet mensis Majj diem apud Polo-
nia Regem se sistat.

Eo autem cum venerit, imprimis hoc curæ ha-
beat, ut statim per fidelem aliquem suorum
qui in agendo dexter sit: non enim dubitamus,
quin tales, quorum opera ad hujusmodi et alias
occasiones opportuna et necessaria futura
sint, in suum Comitatum jam assumserit. Apud
nuncium Apostolicum diligenter inquiret, quid
de juramento corporali, quod prius Regi, dein
nobis secundum transactionis pacta legatis presentibus
prestandum

176

prestandum esset, in Comitibus factum aut statutum
sit, an hoc, de quo per Rosenbergium ad cancella-
rium scribi mandavimus: quod ex adjuncto exemplo
videre est. si obtentum sit nec ne, ut se. quemadu-
nos haud gravatim hoc Regi daturi simus, ut Regi-
um eius verbum scripto testatum loco juramenti
acceptemus, ita vicissim Rex Caesares nostro Re-
gionis, verbo itidem scripto testato acquiescat,
quemadmodum in Divum quondam Imperatorem
Ferdinandum Inimicum nostrum colendissimum
aug.^o mem.^o et Sigismundum Poloniae Regem
olim observatum fuit, aut si juramenta illa
omnino prestanda sint, eorum prestatio in
utroque nostrum congressum, vel saltem in bi-
ennium in conditione differatur, ut si interea
temporis Nos Regemque Poloniae minimè con-
gredi contigerit, eoque elapso quicquam adhuc
dubii de pacis observatione superfuerit, tum
demum juramentum illud corporale, prout à Rege
prius, deinde à Nobis legatis presentibus pre-
stetur, quod eò jam minus periculi habeat,
postquam juramenti solemniora ab utroque par-
tis proceribus interponantur. Sin vel primum
vel secundum vel denique tertium horum obten-
tum esse, vel obtineri posse, si ulterius nostro
nomine urgeatur, intellexerit id post primam
audientiam apud Regem, apud cancellarium atque
alios Senatores, imprimis vero apud cardinales
Sedevitium, de cujus sincera erga nos voluntate
multum nobis pollicemur, adhibita etiam Nuntii
Apostolici opera, postulabit. Sin vero frustra

haec in parte laboraturum, tantumque apud Reges
et Ordines differentie restare, viderit, et nulla
alia ratione, quam jure jurando nostro satis
sibi cautum fore putent, nullum apud Regem ver-
bum de eo faciet, quod indignum auctoritate nostra
videri posset, petere, quae negatum iri constet.
Observabit autem in appellando Rege, ne ipsam
Majestatis unquam, sed Serenitatis tantum verbo
appellet, quemadmodum Poloniae ceterisque Reges
à Nostra M^{te} distinguuntur solent.

In his et in ceteris omnibus, quae publicè priva-
timque gerenda erunt, auctoritatem nostram
quam accuratè fieri poterit, Legatus noster
sueatur, nostrum sincerum erga pacem et bo-
nam vicinitatem conservandam studium in omni-
bus aperte pro se ferat atque declaret.

Quandoquidem verò illud in prima, quam apud
Regem habebit, audientia praecipuè præstandum
est, Oratio in hanc, quae sequitur, sententiam
institueunda erit.

Postquam Reipubl. Christianae, s. cujus salus et
tranquillitas Regibus et Principibus imprimis
nobis in hoc dignitatis fastigio constitutis
quam maxime proposita esse debet, nullum
periculum firmissimum, nullum propugnaculum for-
tius sit, quam si provinciarum, s. prout quodque
aliis vicinis et propinquis fuerit, s. inter se
voluntates arctioribusque amicitiae nexibus con-
strictae mancant, ita nos et majorum nostrorum
exemplo doctos, et quodam natura ductu atque
instinctu comparatos esse, ut nihil majoris stu-
dio elaborandum ducamus, quam ut vicinorum
non minus

177
non minus quam eorum, qui nobis subditi sunt,
felicitatem procuremus. Atque profectum fuisse
studium illud, quo inclito Poloniae regno, cum quo
perpetua nobis, Augustae nostrae, Domus Austri-
acae necessitudo intercedit, nuper inter regni
tempore factionibus obnoxio consulere atque succur-
rere, quantum in nobis fuit, cupiverimus. Idcirco
etsi in tanta animorum dissensione, sententiarumque
diversitate, non eam fructum aut effectum
quem multi sibi ac Republicae salutarem spera-
bant, habuerit, incertis quippe res humanae
monumentis vertantur, sinceram tamen in
eo animi nostri conscientiam constituisse. Quo-
niam vero eo jam ventum sit, ut eorum, quae
illa occasione utrinque cum utriusque partis offen-
sione proximè superiori anno gesta fuerunt,
obliteranda sit memoria, omnique dissidentiae
mutuae tollenda occasio, quo pristinum illud
et sincerum ~~vita~~ vicinae conjunctionis commercii-
um renovetur perpetueturque. Jam à Ser.^{mo}
Impe. Sigismundo Poloniae Rege, Magna Lithua-
nia Duce, p. juxta pacta conventa, Legatus
ad nos ea de causa missus fuerit, qui summum
nobis studium voluntatemque dicti Regis peroffi-
ciosè diligenterque detulerit, omnesque defensiones
quae inter Nos totamque Augustam Austriae domum
et inclitum Poloniae regnum quomodocumque u-
trinque intercessissent, publicae tranquillitati et
paci, tum vero etiam Sanctissimae Dei Romae
Pontificis auctoritati à nobis non condonari
petierit. Nos pro ea cura, quam Republicam

universam pace florere cupimus, pro eo studio ac
desiderio, pro vicinorum nostrorum atque inelyti Po-
lonie regni antiquis nobis et augustis, et Bonis
nostra foederibus conjunctis prosperitatem optamus,
ejusmodi petitioni Ser. ⁿⁱ Polonie Regis benevole
sedisse locum. Ipsius vero legationem, quae
per eam prompti nobis detulerit, studia et offi-
cia grato vos et benigno accepisse animo, quae
in posterum mutuis amicitiae et benevolentiae
studij atque officij ad quascumque occasiones testari
parati sumus. Quod quidem etiam Legato Regis ad
ea, quae nobis Regis sui nomine exposuit, respon-
demus. Idem tam prolixius et sollemniter nos
haec nostra legatione declarare voluisse, ni-
nimis nos dubitare, cum circa haec pacis sta-
bilienda. principia tam promptum se Rex ad
ea, quae in transactione pacta sunt, perficienda
ostenderit, quin ea etiam, quae adhuc restant,
ita deinceps, ut plenum haec pacificatio effectum
consequatur, sit prostitutur. Nos interim ipsi
atque ipsius Regno omnia bona, prospera ac salu-
taria per Legatum nostrum optari sincere
mandavisse.

Haec oratione habita, post audientiam primam
de juramento agendum erit, quo secundum transacti-
onis condiciones corporaliter primum ab ipso
Polonie Rege, deinde ab Ordinibus Regni Magni
Ducatus Lithuaniae, seu omnium Ordinum
nomine à Proceribus ad hoc insonitibus nomi-
natis ac sufficienter in eam rem mandato in-
structis Legato nostro presente ad proscriptam
formam prestari debet.

Quonia

179
Quoniam autem Nos, qui idem eodem modo prosta-
re tenemur, gravibus rationibus moti de juramenti
illius quoad nostram et dicti Regis personam
remissione mutua quid obtineri possit supra-
dictis modis tentandum duximus, singularem in hac
parte curam atque diligentiam adhiberi volumus.

Itaque quod maxime desideramus primum obtineatur,
ut verbo *scilicet* et Regis scripto testato utriusque
acquiescatur, tum Procerum juramenta Legato
nostro presente prestari, Regia vero pacifica-
tionis formula iis verbis fieri poterit, compactata
inter *scilicet* *scilicet* Imperatorem Ferdinandum
et Sigismundum Polonia Regem confirmata
fuerunt, quemadmodum ex adjuncto compactatorum
exemplo videre licet. Si denique juramentum a
nobis quoque et a dicto Rege omnino tandem
prestari valint, tum Legatus noster tum Rege
ipso, quam Proceribus jurantibus coram adsit, omnia
et singula, que ibi et quomodo fiant, diligenter
observeat. De nobis vero, an ipsi quoque juramen-
tum hoc prestituri sint, nihil asserat, sed depre-
disimulet; interrogatus autem nihil ea de re se in
mandatis habere, respondeat, neque n. quicquam ad-
huc certi statuimus. quod valde nobis invidete
videatur, Polonos id nobis negare, quod ipsi eorum
Regi ultro offerimus.

De iis vero, qui partes secuti fuerunt charissimi
fratris nostri, *scilicet* Principis Maximaliani a-
gendum erit primum cum Cancellario, qui cum
Collegis suis promiserat effecturum se, ut uni-
versalis Amnistia, omniumque, que ultro citroque

commissa fuerunt venia publice promulgaretur.
Quem etiam per Rosenbergiū promissi admonere
iussimus. Quod si prestitum nondum fuerit, urgebit
adhuc legatus noster quantum poterit, primum
apud cancellarium aliosq; Senatores quorum opera
ad hoc opportunam iudicabit, deinde apud Regem ipsum
idemq; non obscure inuectum nos primum amicitia nostra
factoq; pacis fructum plane ab ipso rege expectare.
Observabit etiam ibi quam diligenter poterit, quid fue-
rit non tantum de his rebus, sed etiam de aliis in re,
qui comitiis actum, quid palam, quid secreta dicatur,
de bello Moscovitico, de aliis expeditionib; quicquid fi-
at. Reginam autem viduamq; si in aula regis aderit,
similiter nostro nomine inuise et salutabit, verbis
appositis benevolentiam nostram, et adiectam ad qua-
cumq; amicitia studia voluntatem ipsi diligenter te-
stabitur. Pari benevolentia nostra significatione
inuise legatus noster Regis Poloniae sororem, si vel
apud Regem, vel apud Reginam viduam, ubi putatur
adfuert.

Ad ceremonialia quod attinet, qua in sustentatione la-
teris aut brachii Regi atq; in aliis cose rari solent
ita se geret, que mansuetum à legatis nostris fieri
ante haec consuevit. Cum Ser^{mo} Principis Maximilianus
fratris nostri Charissimus siue apud Regem siue
aut alios facienda erit mentio, appellari poterit
Ser^{mo} Sane Cas^{us} Mai^{or}is frat^{er} Maximilianus et Ser^{mo} Sane
suo nullo amplius, neq; Regis, neq; Archiducis addito titulo.
Cetera pro re, pro loco geret, ubi conuenire, ubi aucto-
ritati nostrae decorum pro prudentia iudicabit sua.
Rebus deniq; omnib; paratis iter ad Charissimum
nostrum fratrem Ser^{mo} Principem Maximilianum,
ubi cumq; tam fuerit, legatus noster susci-
piat. Si autem dilectio ipsius sub illud tempus in
aula Regia forte adfuert, ipsum per Regem, quod haec

179

nostra legatio secundum transactionis formulam
ab ipsa Rege Principalem sit instituta, deinde ve-
ro solutio eius in vobis eam, pro fraterna nostra cura
ipsam affectione diligenter nostris iussu ac nomine salu-
tatis, quae ad placandum diuturnam hanc ipsius captivita-
tem idonea sint, infermonem adhibebitis. Quoniam au-
tem ante huc dilectio ipsius à Reberzolis intellexerit, quid
inter utriusque partis Commissarios, qui Bithonia et Berna
fieri congregati fuerunt, statutum et conclusum sit, restat
ut legatus noster de voluntate ac de satisfactione
vestra Dilectum ipsius certiores faciat. Nos quidem nil
magis optatis habuisse, quam ut ab eas conditiones per-
tineret potuisset, quae minari eum praesudicium non
sunt, sed in supremis Dilectis ipsius et Augustae nostrae
domus conspecta essent, quo omnis adhibita fuerit opera
studium diligentia à Commissariis nostris qua adhiberi
potuerit. Quia vero privativissimis de causis tum maxi-
me propter Dilectis ipsius personam, qua si potentia,
ut adhibere voluissent, media manifestum in differen-
tiam conspiciebatur, nonnulla quae non satis equa videri
possent, concedenda fuerunt, in quibus charissimorum
nostrarum fratrum ac patrurum iudicium etiam
requisiverunt, levigata moderataque illa Dilectis ipsius
sentenda esse, ~~et~~ consolari se ipsam debere considera-
tione incertitudinis rerum humanarum, quae nemo ex-
empta sit, Praesentis Deo, quae non satis ex animi sen-
tentia successerint, committenda esse, posse illam pro mi-
sera benignitate sua hoc minus prosperam fatum, fatis
aliquando prosperiore compensare.

Aditorum autem, quod attinet, Dilectum ipsius, si rem omne
penitus introspexerit, de presentiarum, non ulterius sed
melioris iam conditionis esse, quam ante fuerit, quod
eminjam pactum est, se Mosco contra Polonia Regnum
ullas feramque supplicias, id ipsum ante non modo facere, vi-
gore compactaturum, licet verum etiam ipsi Pol-
onia Regno contra Moscum impeditere tenebatur, ad
quod ne amplius abstringamur, expresse iam cautum sit.

Non omittimus nos in qua epus dilectio fraternitatis
petiit, si non inter Moscoviticos et polonos ad arma venire
contigerit, quin auctoritatem nostram ad pacificandam,
et ipsi libenter interponamus, et summum quocumque pontif.
ac Sacrosanctum Hispaniarum regem, ut eadem faciant non
terre. De adhaerentibus item exoret, quam solliciti
fuerimus, ut per generalem veniam publice dandam securi-
tate frueretur. Quicquid autem siue per literas Rosenber-
gii, siue per ipsum nostram legatum in eare obtentum
aut non obtentum fuerit, id Dil. nri ipsi exoret, quem
admodum ut caetera via, qua apud Regem, et in egressu
gesserit, Lenig, quocumque, hinc inde res perducta sit. Quic-
quid vero Dil. nri ipsi nobis significandum habuerit, id dili-
genter suscipiet, et de eo, alijs, coeteris omnibus in reditu suo,
quem maturabit quantum poterit, ad Nos referet.

Quod reliquum est, de tenentati et prudentia legati nostri
benignae confidentiam, cumque fidem, studium atque operam pra-
stia nostra Caesarea ad quamvis occasionem de mentione agrosae,
mg. Dat. Praga 3. Martij 1589.

Ad Pontificem pro Bremensi.

128)
Beatissime. Cum Decanus et Capitulum Bremensis
Ecclesiae in Archiepiscopum huius postulaverit Princi-
palem Johannem Adolphum Adolphi Holsatiae Ducis fili-
um, iamque illa ipsius auctoritate vestra confirmationem petere de-
reverit, Nos rogare curant, ut ad eam obtemperanda
litteris nostris ipsum Sti. v. commendare non grava-
remur. Quamobrem Nos dicti postulati Illustris nati-
vitas considerantes, et egregiam inde spem de ipsius indole
atque animo excipientes fore, ut muneris huiusmodi defuturo
vris sit, quod ea familia natus est, qua de inclita nostra
Austriaca domo, et de vicinis imperii principibus pro-
dare sit merita (maxime vero dicti ipsius Curia
Dux Adolphus) praetermittere non possumus, quin Sti.
vram rogemus, ut eam dicti postulati habere ratio-
nem vel vestra causa dignetur, ut commendationem
hanc nostram, de qua plurimum sibi sollicitum, ad im-
petrandam confirmationem sibi hanc defuisse intel-
ligat, ipsius hanc in parte satisfactum esse gaudeat.

Quod reliquum